




Del zu Pam Za 65 35 d 40

aber teilw. andere Drucker



147



**LESSVS,**  
*BEATIS MANIBVS*  
**VIRI INCOMPARABILIS,**  
ET  
**HEROIS TOGATI**  
**CAROLI**  
**A DIESCAV,**  
*CONSECRATVS*  
A  
**WERNERO IACOBO CLAVSIO,**  
*WELSLEBIENSI PASTORE.*

---

*HALE MAGDEBURGICÆ,*  
**LITTERIS Salfeldianis,**



Te, ite, Musæ, sumite lugubres  
Vestēs, & atro tempora cingite  
Peplo, gravi iustoque vestra  
Ora genasque rigate fletu.

Ite, ite, carmen texite flebile,  
Orbæ Patrono, secula cui parem  
Vix nostra permagno fauore,  
Eximiaque fide tulerunt.  
Vos litterarum, iam fugientium,  
Stator, vetusto stemmate nobilis,  
DIESCAVVS, ornauit frequenter,  
Atque sua bonitate fuit.  
Sed vixit, eheu! vixit, & exiit  
Mortale corpus, depositum suum  
Vindex ab ingratis reposcit  
Summus acri calefactus ira.  
Magnum profecto perdidimus virum,  
Spectata cuius relligio fuit  
In scepra terrarum tenentem,  
Atque poli placidum fatorem.  
Hunc mente castas, simplicitateque  
Rara per omnem deueneratus est  
Vitam, malos exofus astus  
Fœdifragæ simulationis.



Tu Sala testis, murmure non graui  
Quæ lambis Halam, Pierii chori  
Sedes amœnas, quanta nostri  
Exstiterit pietas Patroni.  
Te testor; altis Parthenope potens  
Vallis! videris talia reddere  
Responsa, DIESCAVI fuerunt  
Innocui & sine fraude mores.  
Tu, cuius ori nobilis infidet  
Et sacra Pitho, lactea flumina  
Wincklere fundens, tu beatum  
Egregia probitate clarum  
Fuisse nostri. Non minor illius  
Reges in ipsos sancta fides fuit,  
Queis vouerat vitam molestam,  
Assiduosque suos labores.  
Magnus Wilhelmus delicias suas,  
Nostrum vocauit, promeritis grauem  
Dilexit, ac clemens subinde  
Muneribus cumulauit amplis.  
Quem conditorem Prussia suspicit  
Regni, Fridricus, militiæ ac in toga  
Insignis Heros, gratiosa  
Officia illius adprobauit.  
Perlæpe supplex cum peteret rudem,  
Aetate grandis, Rex dare noluit,  
Confusus vsu singulari,  
Consilioque viri salubri.  
Quis o! quis eius laude pari fidem  
Totum in ducatum Magdeburgicum,  
Plectro celebrabit decoro?  
Hic labor est tuus o Horati!  
Solem moueres cursibus a suis  
Nixu minori, quam Carolum meum  
A iure & æquo. Nam studebat  
Iustitiæ esse tenax sacerdos.

Non gaza splendens abripuit tuam,  
**DIESCAVE**, mentem, non fauor vllius,  
 Quod lex, quod æquum dicitabat,  
 Hic tenor, hæc tua mens, voluntas.  
 Cum tu quotannis calcule, carnifex  
 Immitis, illum torminibus tuis  
 Affigeres tristi grabato,  
 Quam patiens fuit ac quietus?  
 Vexatus abs te, cæli habitacula,  
 Cruore Christi parta fidelibus,  
 Supplex anhelabat, morique  
 Grande lucrum reputabat esse.  
 Euectus illuc, propitio Deo,  
 Mundana quæuis cum cruciatibus  
 Sæuæ podagræ ridet, atque  
 Victor ouans sine fine gaudet,  
**DIESCAVE** salue! sedibus ætheris  
 Recepte lætis, præmia percipe  
 Aeterna, præsentem Iehouam  
 Clarificis oculis tuere.  
 Rerum supremus conditor omnium,  
 Vt mitis est, pergrata leuamina  
 Genti perillusti ministrat,  
 Mœstitiæque fuget tenebras.






78 M 407

ULB Halle 3  
004 387 996



50







zu wehe thut.  
ohren,  
sre Mauer war,  
ren,  
n: Bahr.



LESSVS,  
*BEATIS MANIBVS*  
VIRI INCOMPARABILIS,  
ET  
HEROIS TOGATI  
CAROLI  
A DIESCAV,

*CONSECRATVS*  
A  
WERNERO IACOBO CLAVSIO,  
WELSLEBIENSI PASTORE.

---

*HALÆ MAGDEBURGICÆ,*  
LITTERIS SALFELDIANIS.